

ANNUS 1747. Pontificatus Nostri Anno VII. die 24. Januarii MDCCLXVII.

fidis, servari mandamus, ac precipimus. Insuper tenore, & auctoritate paribus statuimus, ac declaramus, admisionem receptionemque quarumcumque feminarum, sive puellarum Educandarum, sive Familiarum in Monasteria, quacumque ex causa, sine legitima auctoritate eisdem Apostolica Sedis licentia toties, theticaque eisdem impetranda, & previo examine quoties opus fuerit, impetranda, & necessitate ipsa super moribus, fama, habilitate, & necessitate ipsarum Educandarum puellarum, vel familiarum, per Antistes locorum Ordinarios tantummodo, & non alios quoscumque Superiores toties itidem, quoties necessitas postulerit, habendo, non obstante quacumque consuetudine etiam longi temporis, fieri non debere. Quod si secus factum, ac fieri in posterum contingat, statuimus pariter ac declaramus, tam Moniales, & quascumque in Monasteriis degentes, quae feminas quascumque in eadem Monasteria quomodocumque admitterent receperintque, quam ipsas feminas admittas & receptas, canonicis censuris, & penis obstrictas esse, ac fore, a quibus easdem Moniales, & feminas huiusmodi eisdem tue Diocesis, si forte hac in parte deliquisse contigerit, de praeterito tantum absolventi facultatem Fraternitati tuae, cum facultate etiam alios subdelegandi, tribuimus & impertimur. Ceterum Fraternitati tuae injungimus, ac precipimus, ut omnium, & singulorum ordinationum per laudatum Concilium Tridentinum, & Apostolicas Constitutiones, & dictarum Congregationum decreta, super clausula Monialium, & delegata Antilibus locorum Ordinariis Visitatione tam interna, quam externa praescriptarum memor, eisdem ordinationes sub penis desuper inflictis debitae executioni mandare fatearis & studeas, nec non mandari facias, cures, & adnitaris. Interim, ad prosperi successus auspiciis, Tibi, Venerabilis Frater, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem die 24. Januarii MDCCLXVII. Pontificatus Nostri Anno VII.

DE ORDINATIONIBUS Regularium.

BENEDICTUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

IMPOSITI Nobis licet immerentibus Apostolice Missionis ratio postulat, ut ad tuendum Ecclesiae disciplinae vigorem, non modo novas interdu Leges provide constituamus; verum etiam veteres a Praedecessoribus Nostri sapienter statutas, si quidem fallacium rationum praesidio debitis fraudentur effectibus, novis & invincibilibus sanctionibus communiemus; si vero earum claritas pravus & captiosus interpretatio-nibus involvi & obumbrari dignoscatur, easdem perpicuis assertisque declarationibus in propria luce collocemus.

Sane quo olim de Ordinationibus Regularium controversia vixit, an scilicet Regulares a quocumque Catholico Antistite indistincto ordinari possent an vero id juris private pertineret ad Episcopum illius Diocesis, intra quam sita est Religiosa Domus, quam Regularis ad Ordines promovendum inhabitat, provisis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum Ordinationibus & declarationibus jamdudum sublata fuit. In qua quidem controversia Episcopi Locorum Ordinarii jura sua fundantes in generalibus Canonum statutis, & in ipsis exemptionum privilegiis, quae Regularibus indulta sunt, aiebant, ipsorum Ordinationes, utpote Diocesanas Episcopi expresse reservatas, neque spectare posse ad Ordinarios eorum Originis, quam Regulares a se abdicant, dum saeculo nuntium remittunt, neque porro ad Ordinarios Beneficium, quoniam ipsi ad titulum Beneficium non promoventur; proindeque unice spectare ad Episcopos Ordinarios eorum Domicilii, nimirum illius Diocesis, ac Locum, in quo ipsi Ordinarii commorantur. Contra vero Regulares Apo-

Verus controversia de Ordinatione Regularium. Rationes pro Episcopis Diocesani.

licis Privilegiis innixi, quae certis Ordinibus recentius elargita, ac deinceps per viam communicationis ad omnes extensa fuerant, licitum sibi esse contendebant Sacros Ordines a quocumque Catholico Antistite, iuxta eorum Privilegiorum tenorem, pro arbitrio suscipere.

Verum quum felicis recordationis Praedecessor Noster Gregorius Papa XIII. per suam Apostolicam Constitutionem, quae incipit In tanta rerum, datam apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae MDLXXIII. Kalendas Martii, iustis gravibusque de causis, alteram Constitutionem sui nostrisque pariter Praedecessoris S. Pii Papae V., cujus initium est, Etsi Mendicantium, ad juris communis & Sacri Concilii Tridentini terminos reduxisset; eodem quoque anno in causa Monachorum Ordinis Carthusiani Decretum edidit, quo ipsos ab Episcopis Diocesani, in quibus eorum Monasteria respective sita sunt, vel nonnisi de illorum licentia, ab aliis quibusque Episcopis ordinandos esse declaraverat; quemadmodum legitur Lib. I. Decretorum Congregationis Concilii pag. 75. a verb. Dub. An Nostri Ordinandi obligentur habere expressam licentiam Ordinarii, in cuius Diocesi sunt, pro Ordinibus conferendis ab Episcopo alterius Diocesis: Sanctissimus Dominus Noster etiam ex sententia Sacrae Congregationis Concilii, declaravit, obligari.

Contingit autem, sub illius Successore Sixto Papa V. eandem quaestionem retractari, instante universo Ordine Fratrum Praedicatorum. Qua de re idem Praedecessor, post maturum causae totius examen in praesata Congregatione Concilii habitum, constituit, licere Superioribus Regularibus Literas Dimissoriales concedere suis respective Subditis, ad Ordines suscipiendos; sed eas tamen Diocesano dumtaxat Episcopo directas; nec alteri unquam, nisi forte in a Diocesi abuerit, aut, quatenus in Diocesi extiterit, Clericorum tamen Ordinationem non sit habiturus. Ita relatam habetur Lib. IV. praedictorum Decretorum pag. 108. Sanctissimus Dominus Noster Nihil V. ex sententia Congregationis, respondit, Regulares posse concedere Dimissorias ad Episcopum Diocesannum, eoque absente, vel etiam praesente, & Ordinationem non tenente, ad quocumque; dummodo ab eo Episcopo, qui Ordines contulerit, examinatur quoad doctrinam.

Denique a sanctae memoriae Praedecessore quoque Nostro Clemente Papa VIII., ad huiusmodi controversias perpetuo extinguendas, sequens Decretum editum fuit: Da mandato Sanctissimi Domini Nostri Clementis Divina Providentia Papa VIII. tenore praesentium mandatur omnibus & singulis quocumcumque Regularium Superioribus, ut de caetero observent, & observari faciant ea, quae in Decreto Sacrae Congregationis Concilii Tridentini continentur, cujus tenor est talis: Congregatio Concilii censuit, superiores Regulares posse suo subdito itidem Regulari qui praedictis qualitatibus requisitis Ordines suscipere voluerit, Literas dimissorias concedere, ad Episcopum tamen Diocesannum, nemo illius Monasterii, in cuius familia ab eis, ad quos pertinet, Regularis positus fuerit, & si Diocesannus abfuerit, vel non esset habiturus Ordinationes, ad quocumcumque alium Episcopum, dum tamen ab eo Episcopo, qui Ordines contulerit, examinatur quoad doctrinam, & dum ipsi Regulares non distulerint de industria concessionem dimissoria-rum in id tempus, quo Episcopus Diocesannus vel abfuerit, vel nullas esset habiturus Ordinationes. Porum, cum a Superioribus Regularibus Episcopo Diocesannus abfente, vel Ordinationes non habente, Literae Dimissoriae dabantur, in eis utique huiusmodi causam absentiae Diocesani Episcopi, vel Ordinationum ab eo non habendarum, exprimentam esse. Quod qui non fecerint, officii, & dignitatis, seu administrationis, ac alios arbitrio eiusdem Sanctissimi Domini Nostri Papae reservatas penas incurrun. In quorum fidem &c. Datum Romae die 15. mensis Martii 1596.

Hoc emanato Pontificio Decreto, atque tam claris verbis concepto, iure sperandum videbatur huius generis lites non amplius auditum iri: sed contra accidit, dum ex una parte nonnulli Episcopi ultra montes constituti contendere coeperunt necessarias esse Regularibus Dimissorias etiam Ordinariis eorum Originis, quo possent ab Episcopis aliorum

PONT. A. VII. Item pro Regularibus Privilegia Regularium a Gregorio XIII. sedata ad terminos juris.

Decretum eisdem de Ordinationibus.

Quod a Sixto V. confirmatur & declaratur.

Tam etiam latius a Clemente VIII.

Transgressiones ex Legum significatione, & prava interpretatione.

Controversia utriusque generis.

rum Locorum ad Sacros Ordines promoveri; ex altera vero Regulares, obtendentes, in praesato Clementis VIII. Decreto derogatum non fuisse Apostolicis Privilegiis, quae eorum Ordinibus, sive directe, sive per communicationem indulta fuerant, ut scilicet a quocumque Catholico Antistite ordinari possent, huiusmodi Decreti vim & observantiam declinare se posse putarunt.

Verum, quod attinet ad Episcopos, ipsa Congregatio Concilii die 28. Februarii anni MDCLIV., ut notata reperitur Libro XIX. ipsius Decretorum pag. 316. ita rescripsit, Regulares volentes se promovere ad Ordines, non tenentur observare Dimissorias Ordinariarum propriae Originis, sed sufficere ut observent formam praescriptam in Decreto sanctae memoriae Clementis VIII. Quod etiam amplissime confirmatum fuit in alio Decreto edito die 17. Martii anni MDCLXXIV., Decretorum Libro XXXVIII. pag. 261. & sequentibus.

Quod vero spectat ad Regulares; quum eorum praesumptum jus, una cum rationibus ab ipsis plenissime deductis, in quadam Congregatione particulari nonnullorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium a felicis recordationis Praedecessore Nostro Innocentio Papa XIII. deputata, cui Nos in nonnullis tunc existentibus nostram qualemcumque operam, pro demandato Nobis Secretariis munere, contulimus, diligenter expensum, & examinatum fuisset; cumque ad huiusmodi quaestionem definiendam, id potissimum visum esset in iure statuendum, an ad effectum eximendi Regulares a praesati Decreti Clementini observantia, sufficeret, quod Privilegia suscipiendi Ordines a quocumque, ipsis concessa fuissent post Concilium Tridentinum, a quo huiusmodi antiqua Privilegia abrogata fuisse satis constat; an vero oporteret eadem concessa fuisse post ipsum Clementis Praedecessoris Decretum: Ac praeterea an huiusmodi Privilegia aeque suffragarentur iis, ad quos per viam communicationis extensa dicerentur, ac iis, quibus directe & expresse indulta fuerunt; Idem Innocentius Praedecessor, auditio praesatae Congregationis particularis consilio, decrevit, satis esse, ad praedictum effectum, quod huiusmodi Privilegia post Concilium Tridentinum concessa fuerint, quamvis praesato Clementino Decreto posteriora non sint; dummodo tamen directe concessa fuisse constet, non vero in communicationem Privilegiorum de uno in alium Ordinem derivata afferantur; quemadmodum ipse Innocentius in suis Apostolicis Literis, incipientibus Apostolice ministerii, die 30. Maji anni MDCCXXII. datis, ac deinde confirmatis a Sanctae memoriae Praedecessore pariter Nostro Benedicto Papa XIII. per alias similes Literas datas die 23. Septembris anni MDCCXXIV., quarum initium est In Supremo, aperte declaravit, his verbis: Quoties ergo Regulares ad Ordines erunt promovendi, servetur omnino Decretum Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretatum a pia memoria Clementis VIII. Praedecessore etiam nostro confirmatum die 15. Martii 1596. quo sancitur, ad Episcopum Diocesannum Literas Dimissorias pro eorumdem Ordinum susceptione a suis Superioribus esse dirigendas, praeterea in casu, quo Diocesannus a Diocesi abesset, vel Ordinationes non esset habiturus, quo etiam casu in Literis Dimissoriis ad alium Episcopum dirigendis expressa fieri debeat mentio, vel de praedicta Episcopi Diocesani absentia, vel de ulla alia causa, videlicet quoad Ordinationes non sit habiturus: exceptis tamen, quod praedicta, Regularibus illis, quibus post speciale Privilegium a Sede Apostolica post Concilium Tridentinum fuerit concessum, ut a quolibet Catholico Antistite Ordines suscipere possint, super quo indulto nihil per praesentem innovare intendimus.

Ab eodem Innocentio solvitur.

Particula ipsius Literarum.

Porro si aliqui vigilas laboresque suos, tam in extrinsecis inutilibus quaestionibus, vel forte in rebus profanis, & ab Ecclesiastica professione alienis addidissent consumerent, quam in studio sacrarum Legum, quibus Ecclesiastica disciplina continetur, utiliter collocarent; ac nisi aliquibus arbitrium pro lege, praedicta opinio pro ratione, atque in Legum etiam clarissimarum interpretatione, suis cuique sensus pro auctoritate esset; nec olim Nobis in nostro Bononiensi Archiepiscopatu resistentibus contigit, ut Regularis quidam ex ea Urbe repente digressus, suiique Superioris Dimissorias ad Episcopum finitimum deferens, tametsi nullo pacto do-

cere possent, Nos Clericorum Ordinationem non habituros, Sacrum Presbyteratus Ordinem susciperet, nullaque interiecta mora Bononiam ad primum Sacrificium non sine pompa offerendum revertetur. Quam tamen intolerantiam auidaciam Nos ad Canoniarum sanctorum rigorem exigere, atque etiam, servata Pastoralis manufactudine, vindicare non praetermissimus, ut videre est in Monito Pastoralis a Nobis tunc edito, inter impress. Monit. 3. Lib. 11. Neque rursus; ex quo ad universalis Ecclesiae regimen, Deo sic disponente, assumpti fuimus; plurium Episcoporum Fratrum Nostrorum querelae ad Apostolatum Nostrom delatae fuissent; qui nimirum, non sine magno animi nostri dolore, apud Nos expostulare non desinunt, a pluribus saepe Regularibus in eorum Diocesisbus respective commorantibus similia perpetrari, in spem Ecclesiasticarum Legum, atque penalarum sanctionum, quibus ipso facto adstringuntur, (siquidem in authentographo supra relati Clementini Decreti distincte legitur incurrant; non autem, quod falso nonnemo asseruit, incurram), dum scilicet, Superiores Regulares, qui Subditis suis non ad praescriptum eisdem Decreti Dimissorias Literas concedunt, suorum Officiorum, ac Dignitatum, & vocis activae, atque passivae amissionem multantur, Ordinati vero, suspensionis penam, atque etiam, si in suscepto Ordine ministraverint, Irregularitatem incurrun; ac denique Antistites, qui ipsis manus imponunt, non facile esugium Canonicas penas adversus eos propositas, qui alienos Subditos absque sufficientibus Dimissoriis ordinare praesumunt. Qui etiam perurum culpa non vacant in eo, quod, quum ex usu rerum intelligere possint, complures Regulares non alia de causa, proprio domicilio relicto, iter arripere, quam ut se subdanti examini Episcopi Diocesani, cujus hac in re jurisdictionem, aut nimium rigorem perhorrescunt, aliumque inveniant, qui vel nullo, vel admodum levi praemisso examine, Ordines ipsis impertiantur; quoties huiusmodi facilitate erga illos utuntur, toties adversus consuetudinem Tridentinae Synodi Decreta delinquant: Ea siquidem sess. 23. cap. 12. de Reformatione, sic statuit: Regulares quoque, nec in minori aetate, nec sine diligenti Episcopi examine ordinantur, privilegii quibuscumque quoad hoc penitus exclusi.

Nos autem consuetae Sedis Apostolicae clementia uti volentes, libenter abstinemus a designandis uti nominandis hoc loco Regularibus, de quorum excessibus in hoc rerum genere graves Episcoporum querimoniae ad Nos delatae fuerunt. Quocumque etiam hac in re inordinate ad hunc diem admissa sunt; a districtiori iudicii inquisitione liberamus; Quin immo omnes & singulos in hoc delinquentes, sive Superiores Regulares, sive Regulares ad Ordines promotos, sive Antistites, quibus ordinaverint, a quibuscumque sententiis, censuris, & penis Ecclesiasticis, quas hac de causa respective antehac incurrerint, quibusque innodari forsitan existant, auctoritatis Nostrae plenitudine, ac de Apostolica benignitate, tenore praesentium absolvimus, & absolutos esse censemus decernimus, & cum iidem super quacumque irregularitate per eos forsitan, causa & occasione praemissis, quomodolibet contracta, ad omnes etiam factos & Presbyteratus Ordines, eorumque exercitium, atque ad omnia & singula eorum respective Religionum munera, patri auctoritatis plenitudine dispensamus. De caetero tamen infra scriptas Leges in posterum omnino observandas, Motu proprio, & ex certa scientia Nostra, ac maturata deliberatione praemissa, edicimus atque statuimus.

Quocumque nimirum hac in re a praesatis Praedecessoribus Nostri Gregorio XIII., Sixto V., Clemente VIII., & Innocentio XIII., in supra citatis, & in iure statutis.

Quocumque nimirum hac in re a praesatis Praedecessoribus Nostri Gregorio XIII., Sixto V., Clemente VIII., & Innocentio XIII., in supra citatis, & in iure statutis.

ANNO 1747.

Pontifex abfolvit transgressores quoad praesentia.

Confirmat relatas sanctiones, sub penis ibidem & in iure statutis.



ANNO 1747. Prædecessor constituit & sanxit; Regulares autem, qui contra illius Decreti præscriptum promoti fuerint, & Antistes eos promoventes, Canonicas penas atque censuras, quæ adversus sacram Ordinationem suscipientes ab Episcopo, qui proprius ad hunc effectum dicit & haberi nequit, nec non adversus Episcopos, alienos Subditos indebite ordinantes, in jure Canonico, & in Constitutionibus Apostolicis statuta habentur.

Mandat in potestatem ex hinc documentis super requisitis in Decreto Clementis VIII.

Episcopi non ardeant Privilegiis Regularium de Ordinibus suscipiendis extra tempora.

Privilegia suscipiendi Ordines a quocumque an & quibus suffragantur.

Quid observandum in eorum usu.

Adhortatio Pontificis ad sinceram animosam conjunctionem.

miserandiam Dei Nostri, & per charitatem Sancti Spiritus, hortamur in Domino & obtestamur, ut tam in hoc negotio, quam in cæteris omnibus, solliciti sint unitatem Spiritus, & sinceræ dilectionis concordiam servare. Meminerint Regulares, quo loco Spiritus Sanctus posuerit Episcopos regere Ecclesiam Dei; quod ipsi a Sacrosancta Oecumenica Lateranensi Synodo sub Leone X. habita, inculcatum fuit, per hæc verba: Eisdem insuper Fratres in virtute sanctæ obediencie, ut eisdem Episcopos loco Sanctorum Apostolorum subrogatos, pro debita & Nostra ac Apostolica Sedis reverentia, congruo honore, & congruente observantia venerentur. Neque obliviscantur Episcopi, Regulares viros ipsi datos esse adjuvatores in Dominicæ vineæ cultura; subdit enim eadem sancta Synodus: Ipsos quoque Episcopos hortamur, ac per viscera misericordie Dei nostri requirimus, ut Fratres ipsos affectu benevolè prosequentes charitative tractent, ac benigne fovant &c. & tamquam in agro Dominico cooperatores, eorumque laborum participes, prompta benignitate recipiant: Demum & Episcopi & Regulares simul animam advertant ad id, quod ibidem subjicitur: Una est Regularium & Secularium, Prælatorum & Subditorum, exemptorum & non exemptorum Universalis Ecclesie, extra quam nullus omnino salvatur, eorumque omnium unus Dominus, una Fides & præterea decet eos, qui ejusdem sunt corporis, unus etiam esse voluntatis.

Hæc profecto Christianæ veritatis, & charitatis documenta quum utrumque servata fuerint, omnibus in rebus, adeoque in hac etiam Ordinationum materia, importuna partium querelæ penitus conticescent. Neque enim Regulares conquiri poterunt, quod recusantibus Episcopis sacram Ordinationem administrare, præterquam in Temporibus ab Ecclesia statutis, eorum Privilegia de Ordinibus extra Tempora suscipiendis effectiva vacua remaneant; Episcopi enim alios etiam opportunos dies ordinandi Regularibus facile inveniunt, Episcoporum autem cessant querelæ, quod Superiores Regulares, ad eludendam Decretum Clementis observantiam, adventitium Ordinationum temporibus, subditos suos domicilio moveant, eisdemque statim post susceptos Ordines, falsis de causis ad pristinum Monasterium reverti jubeant; siquidem Regulares hujusmodi agendi rationem (quam & alias in foro externo graviter vindicatum fuisse, & in posterum districte coercendam fore noverint), tum a probi viri honestate & fide alienam, tum etiam debitæ erga sacros Ecclesiarum Antistes observantiæ contrariam esse, ipsi per se facile cognoscant.

Præsentibus vero Nostros Literas, & in eis statuta quæcumque, etiam ex eo, quod quilibet in præmissis, seu eorum aliquo, jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, cuiusvis status, gradus, ordinis, præeminentiæ, vel dignitatis existant, sive alias specificæ, & individua mentione, & expressione digni, illis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi, neque causæ, propter quas eadem præsentibus emanaverint, adductæ, verificatæ, vel sufficienter, aut ullo modo justificatæ, vel sufficienter, aut ullo modo justificatæ fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostre, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, ac formali, & substantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas apertionis oris, restitutionis in integrum, aliæque quocumque juris, facti, vel gratiæ remedium intantari, vel impetrari, aut etiam Motu pari, & de Apostolicæ potestatis plenitudine sibi concessio vel emanato quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas præsentibus semper firmas, validas, & efficaces existere & fore, suorumque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit inviolabiliter, & inconcusse observari.

Sicque & non aliter in præmissis censi, etque ita per quocumque Judices Ordinarios & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apo.

PONT. A. VII.

Et mutuum deficientiam.

Classis præfati.

Aliter juberetur.

PONT. A. VII. Apostolicæ Sedis prædictæ Nantios, aliove quoslibet quacumque præminentia, ac potestate fungentes, & fundatos, sublati eis, & eorum cuilibet, aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & definituri debere, ac irritum & inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis plenissime derogatur.

Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula, de jure quesito non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, exemptionibus, & indultis, etiam in corpore juris clausis, aut Literis Apostolicis quibusvis Personis, Collegiis, locis, Ordinibus etiam Militantibus, Congregationibus, Societatibus, & Institutibus, aliisque quibuslibet specificæ & individua mentione dignis; etiam sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam clausulis & decretis, etiam derogatoriis derogatoriis, & irritantibus; in genere, vel in specie, etiam Motu simili, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, seu consistorialiter, ac alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, ac pluribus confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque tenoribus specialis, specificæ, & individua mentio, seu quavis alia expressio ad id servanda foret, illorum tenores, formas, causas, & occasiones præsentibus pro plene & sufficienter expressis, & exactissime servatis, & specificatis respectivè habentes, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice duntaxat, ad præmissorum effectum, plenissime & amplissime, Motu pari derogamus, & derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus insuper; & eadem auctoritate prædicta

Publicationi presentis Constitutio- nis in Urbe, tribuitur vis personalis intimacionis omnibus facta.

XXVIII. DE BATISMO JUDEORUM

Sive Infantium, sive Adultorum.

Venerabili Fratri Archiepiscopo Tarson. Vicegerenti.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

POSTREMO mense superioris anni cum de more ad Nos accessisset, retulissetque Antonium quemdam Vivianum in Hebræorum vico domum Perle Misani Hebræum ingressum esse, ibique cum tres ejus Filias, quibuscum puer duntaxat aderat, eorum frater, annos natus duodecim, invenisset, eam, quæ nonnum annum agebat, baptisate abluisse, Sacramenti verbis rite eodem tempore pronuntiatis, quo caput aqua lustravit, idemque deinceps cum reliquis duabus fororibus primæ adhuc ætatis præegisse, marem autem non baptizasse, quod aquam sibi desse viderit. Tunc Nobis quoque significavisti, quid ad multandam Viviani audaciam statueras in animo haberes: id porro a Nobis omnino probatum fuit.

Sed quoniam facta hujusmodi frequenter Romæ, & alibi, audiantur; quocumque vero id accidit, multæ hic statim opinionones, maximeque diveras, perinde quod tunc id primo eveniret, excitantur, quod sano inde oritur, quia bene multi tempore obloquantur, cum hac de re scriptos neque expenderit libros, neque noverint; alii vero, qui Scriptores regerunt, cum eisdem non semel videant sibi invicem adversantes, non satis ingenii, & facultatis habent ad iudicandum quis eorum prudenter senserit, quis vero fecerit; alii demum aut nunquam Tribunalium judicata cognoverunt, aut eorum certum non reminiscuntur; Ideo operæ pretium existimavimus epistolam hanc scribere, eandemque typis

Ideo Pontifex certam super hoc instructionem & methodum edere statuit.

mandamus, ut eadem præsentibus, & in eis contenta quæcumque ad omnium notitiam facilius deducantur, nec quicquam de eis ignoranti præstendere valeat; ipsas præsentibus, seu eorum transumpta, ad varias Ecclesie Sancti Joannis in Laterano, & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, nec non Cancellariæ Apostolicæ, Curie Generalis Innocentianæ in Monte Citorio, & in Acie Campi Floræ, per aliquem ex Curforibus Nostros, ut moris est, publicari, & affigi, sicut publicatas & affixas, omnes & singulos, ad quos spectat, seu spectabit in futurum, perinde afficere & arctare, ac si univocis illorum personaliter intimatæ, & notificatæ fuissent.

Utque earundem præsentium transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, ac sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem proflus fides, tam in iudicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quæ ipsi præsentibus habebatur, si fore exhibita, vel ostensa.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostram Confirmationis, Approbationis, Innovationis, Voluntatis, Mandati, Statuti, Decreti, Declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLVII. III. Kalendas Martii, Pontificatus Nostri Anno VII. D. Cardinalis Passionæ. J. Datarius. VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco + Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium. Publicat. die 4. Martii. 1747.

SOPRA IL BATTESIMO XXVIII

Degli Ebrei o infanti, o adulti.

Venerabili Fratri Archiepiscopo Tarson. Vicegerenti.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

NELL'UDIENZA, che le demmo secondo il solito nell'ultimo mese dell'anno scorso, ella ci riferì, che un certo Antonio Viviani portatosi al ghetto entrò nella casa di Perla Misani Ebra, ed avendo ivi ritrovate le tre di lei figliuole colla sola compagnia d'un loro fratello di circa anni dodici, approssimosi a quella, ch'era d'anni nove, la battezzò, proferendole parole della forma del Battezzimo nel tempo stesso, in cui aspergeva la testa d'essa coll'acqua, che poscia lo stesso fece colle altre due figlie e sorelle rispettivamente, costituite in tenera età, non avendo poi battezzato il maschio, essendogli mancata l'acqua. Nella stessa judienza altresì ella ci raccontò quanto avea fatto per castigare l'attentato del Viviani, e quanto intendeva di fare rispetto alle ragazze battezzate: ed il tutto fu da Noi approvato.

Ma perchè somiglianti casi che in Roma, e fuori di Roma vanno pur troppo succedendo, ed ogni volta che il caso succede, se ne discorre come se fosse il primo, che succedesse, e chi la discorre in un modo, e chi nell'altro; il che deriva, perchè alcuni discorrono a capriccio, senz'aver veduta ed esaminata la materia su i libri; ed altri, vedendo gli Autori, e riconoscendoli contrari fra di loro, non hanno il capitale necessario per discernere chi de' predetti dice bene, o dice male; ed altri finalmente o non hanno mai avuta notizia de' giudicati de' Tribunali, o se l'hanno avuta, se ne sono scordati; quindi è, che abbiamo creduto, esser cosa ben fatta lo scrivere e pubblicare questa lettera, che se

Caso accaduto in Roma ed anno, subito eccitò vari discorsi, ed ebbero forza licenza de' Genitori.

Tali casi al- cune volte, e lochè accedeva, ed ogni volta che il caso succede, se ne discorre come se fosse il primo, che succedesse, e chi la discorre in un modo, e chi nell'altro; il che deriva, perchè alcuni discorrono a capriccio, senz'aver veduta ed esaminata la materia su i libri; ed altri, vedendo gli Autori, e riconoscendoli contrari fra di loro, non hanno il capitale necessario per discernere chi de' predetti dice bene, o dice male; ed altri finalmente o non hanno mai avuta notizia de' giudicati de' Tribunali, o se l'hanno avuta, se ne sono scordati; quindi è, che abbiamo creduto, esser cosa ben fatta lo scrivere e pubblicare questa lettera, che se

Perciò il Pontefice vuol pubblicare questa materia in un modo, e chi nell'altro; il che deriva, perchè alcuni discorrono a capriccio, senz'aver veduta ed esaminata la materia su i libri; ed altri, vedendo gli Autori, e riconoscendoli contrari fra di loro, non hanno il capitale necessario per discernere chi de' predetti dice bene, o dice male; ed altri finalmente o non hanno mai avuta notizia de' giudicati de' Tribunali, o se l'hanno avuta, se ne sono scordati; quindi è, che abbiamo creduto, esser cosa ben fatta lo scrivere e pubblicare questa lettera, che se